# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS

pag.
GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . 1
THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5
THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . 27
CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . 907

*

# LIBER QVINTVS DECIMVS.

## I [= BREV. I]. DE OPERIBVS PVBLICIS.

i] $V^{2*}$, *om.* $V^{1}$. — *Iust.* 8, 11.

V, 1, 1 (. . . . . [357] Febr. 2).

IMP. CONSTANTINVS A. AD FLAVIANVM P(RO)C(ONSVLEM) AFRIC(AE). Nemo propriis ornamentis esse privandas existimet civitates: fas si quidem non est acceptum a veteribus decus perdere civitatem veluti ad urbis alterius moenia transferendum. DAT. IIII NON. FEB. MED(IOLANO), ACC(EPTA) VIII ID. IVL. CONSTANTINO A. ET CAES. CONSS.

*V*

1 *immo* Constantius proconsulem] pu̅ *V* *pro subscriptione Gothofredus restituit* Constantino A. VIIII et Iuliano C. II conss. (357), *cum extent leges ad Flavianum proconsulem Africae a. 358 et 361 et hiemem 356/7 Constantius exegerit Mediolani*

V, 1, 2 (321 Apr. 11).

IDEM A. MENANDRO. Propter neglegentiam iudicum, qui imperialia praecepta differunt, ad diversas provincias diversos misimus, qui ad scientiam nostram referant, quae vel diligentia promota viderint vel desidia corrupta culpaverint. Monendi autem iudices sunt, qui instaurare publica opera debent, ut de effectis eis potius quam inchoatis ad nostram scientiam referant, nisi forte iusta ratione petendum sit aliquos, si forte defuerint, inpensarum titulos provideri. De rebus autem praecipuis maximisque, non de quibuscumque vilissimis nostrum debent interpellare consilium. DAT. III ID. APRIL. SIRMI CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

*V*

1 Menandro] *mag. incertus* 8 cc.] uu. cc. *V*

V, 1, 3 (326 [362] Iun. 29).

IDEM A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Provinciarum iudices commoneri praecipimus, ut nihil se novi operis ordinare ante debere cognoscant, quam ea conpleverint, quae a decessoribus inchoata sunt, exceptis dumtaxat templorum aedificationibus. DAT. III KAL. IVL. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

*V*

1 *Iuliani, vide ad 1, 16, 5* 2 ordinare] *Gothofredus,* ordinari *V*

V, 1, 4 (326 Iul. 22).

IDEM A. HAVE, FELIX, CARISSIME NOBIS. Omnis intra centum pedes vicinitas, quantum ad horrea pertinet, arceatur ac si quid constructum fuerit, diruatur, quoniam experimentis

1 habe *V* Felix] *fortasse praeses Corsicae* omnis i. c. p. uicinitas] *Haenel,* omnes i. c. p. uicinitus *V*

nuperrimis palam factum est aedificiorum, quae horreis adhaerebant, incendiis fiscales copias laborasse. Quod si quis aedificandi amore publica damna neglexerit, non solum quod construxit, sed omnes res eius et quidquid in suo iure habuit, fisco adiudicari praecipimus. DAT. XI KAL. AVG. SIRMIO CONSTANTINO A. IIII ET CONSTANTIO C. CONSS.

*V*

1 adherebant *V* 3 contruxit *V*

XV, 1, 5 (338 Iul. 27).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. HAVE, CATVLLINE, KARISSIME NOBIS. Plurimi inmunitates operum publicorum concessione iudicum adepti sunt ⌈. Itaque omnes iubemus inquiri, ut eorum nomina adque etiam privatas indulgentias lenitudo nostra cognoscat. ET INFRA: Iam nunc tamen iussimus, ut adversus fas elicitas inmunitates per detrimenta conperissent et in lucro habere desistant. In posterum aditus similia cupientibus obstruatur. DAT. VI KAL. AVG. SIRMI VRSO ET POLEMIO CONSS.

IVST.
⌈ et ideo iubemus in posterum inlicitas immunitates nullius esse momenti *fin.*

*V.* — IVST. 8, 11, 1.

1/2 habe catuline k. n. *V*, ad catullinum *Iust.*: *Catullinus vicarius Africae* 6 comperissent] *sententia requiritur talis:* per detrimenta rei publicae exercere et in lucro habere desistant

XV, 1, 6 (349 Oct. 3).

IDEM AA. AD MARCELLINVM COM(ITEM) ORIENTIS. Quae operibus publicis inpensa constiterit, accepto ferri oportere cognoscas. DAT. V NON. OCTOB. CONSTAN(TINO)P(OLI) LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

*V.* — IVST. 8, 11, 2.

2 cognoscat *Iust.* u] *V*, ii *Iust.* *[Hal.]* 3 catulino *hoc loco* *V*

XV, 1, 7 (361 Mai. 3).

IDEM AA. AD SENATVM. Quoniam diversi iudices nonnulla opera in quibusdam aestimant urbibus extruenda, ad huiusmodi necessitatem senatorum substantia non vocetur. || Eos quoque senatores, quibus per diversas provincias fuerit sollicitudo commissa, fretos sanctione nostra huiuscemodi temptamentis decet constanter obsistere, ne senatoriae facultates harum rerum contemplatione vexentur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

||*fin.* IVST.

*V. Epit. Parisina (Haenel brev. p. 242).* — IVST. 12, 1, 7.

1 *requiritur* idem A. et Iulianus C. 3 senatores quibus] *scr.* quibus senatorum res 4 fretus *V*

XV, 1, 8 (362 Dec. 2).

IDEM A. ECDICIO P(RAE)F(ECTO) AEGYPTI. Oportuit praetoria iudicum et domos ⌜iudiciarias⌝ publico iuri adque usui ⌈ vindicari. || Sed quia salubris nostra dispositio dilata est, nunc saltem tradatur effectui. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) IIII NON. DECEMB. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

IVST.
⌜publicas⌝ | ⌈ semper
|| *fin.*

*V.* — IVST. 8, 11, 4.

1 idem ā] *sic V Iust., scr., ut annus flagitat,* imp. iulianus *eamque inscriptionem fuisse in Theodosiani codice eo, a quo pendent Breviarii libri HNOE, ostendit praescriptio legis sequentis* Ecdicio praef. Aegypti] *secundum prologos Athanasianos hoc anno praefectus Aegypti fuit Gregorius Armenius et post eum Olympus Tarsensis. Attamen epistulae Iuliani aliquot (ep. n. 6. 9. 50. 56 Hertlein) extant datae* Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου oportuit] oportet *ante* publico *Iust.* 4 $\overline{pp}$ (*immo* data) iiii (ui *Iust.* *[Hal. P]*) non. dec. *cet. libri*

', 1, 9 [= BREV. XV, 1, 1] (362 Dec. 2).

IDEM A. ECDICIO P(RAE)F(ECTO) AEGYPTI. POST ALIA: Conperimus super ergasteria publica, quae ad ius pertinent civitatis plerosque sibi domos struxisse. Praecipimus ergo eas inconcusso iure qui aedificaverunt, possidere. P(RO)P(OSITA) IIII NON. DECEMB. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

INTERPRETATIO. Si qui in civitate consistentes in locis publicis sibi domos forte construxerint, eas sine inquietudine possidere debebunt.

---

*V.* — BREV. *(HNG[textum bis]O[om. int.]EXCPMLSK et ad textum 14. 16. 17).* — *In Iust. Latinum exemplum desideratur, Graecum (quod testibus libris legitur ibi 8, 11, 3, non, ut expectes, post Th. 15, 1, 8 = Iust. 8, 11, 4, sed ante eam) unde venerit, quaeritur; potest adfuisse in Theodosiano, sicut constitutio 9, 45, 4 ibi extat et Latine et Graece, sed cur exciderit ibi sine vestigio ullo et in Iustiniano cur locum mutarit, parum perspicitur.*

1 idem ā] *V*, impp. (imperatio *S*) constantius (constantinus *GLK 14*) et constantinus (constans *GCLK*, constantius *14*, constp *S*) aa. *G XCPMLSK 14. 16. 17*, imp. iulianus a. *(om. O) HNOE recte ni fallor (vide ad praecedentem)* ecdicio] *VO*, aecditio *XC*, ecditio *S*, haecdicio *N*, etdecio $G^a$, editio *HL*, aeditio *K*, aedicto *E*, decio $G^b$, laudicio $P^b$ *14. 17* praef.] pfpo *XC*, ppo *HNGEPMLK*, praeposito *OS*, po *17* aegypti *om. G* super ergasteria] $E^bG$, super argesteria $E^a$, supergate(e *in litura*)ria *V*, ergasteria $NOCXP^1MLS$, erga ministeria *H*, erga argisteria (agisteria *14*) $P^2$. *14. 17* 2 ius] *brev.*, huius *V* pertinent] pertinet et *K* plerasque *14* sibi] ibi *L*, *om. OX* domus *N 14* struxisse] *NOECX*, instruxisse *H(?)PMLSK 14. 16. 17*, construxisse *G*, extruxisse *V*, traxisse *Pith.* praecepimus *NECK* 3 eas] *sic V et* $NG^a$ *EXCPMLS*, eos $H(?)G^bO$ incusso $E^1$ qui] *G cum textu Graeco Iust. et interpr.*, quae *V et reliqui* aedificauerint *Pith.* pp (precepta *S*, dat. *N*) iiii non. dec. ant. mam. et neuitta (neuita *HOPMS*) *libri* 5 de operibus publicis *praem. E Pith.* qui] *H*, quis *reliqui* ciuitatem *G* consisteutes] *HN*, consistens *reliqui* sibi] siue *N* domos (domus *E*) forte (fortasse *G*)] f. d. *N* 5/6 construxerint] $HEXP^bML$, construxerunt *NG*, construxerit $GOP^aS$ 6 possidere debebunt] *HNXPML*, possidere debebit *GCS*, possidebunt $E^1$, aliqua possidebunt $E^2$

---

, I, 10 (362 Dec. 7).

IDEM A. AD RVFINVM. Quicumque cuiuslibet ordinis dignitatis aliquod opus publicum quoquo genere obscura interpretatione meruerit, fructu talis beneficii sine aliqua dubitatione privetur. Non solum enim revocamus quod factum est, verum etiam in futurum cavemus, ne qua fraude temptetur. DAT. VII ID. DEC. AQVIL(EIAE) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

---

*V*

1 Rufinum] *comitem Orientis* dignitatis] *scr.* dignitatisue *similiterve* 2 interpraetatione *V* | 4 temptetur] *fortasse* temptentur aquil.] *requiritur* Antiochiae, *nisi subest error alius*

---

, 1, 11 (364 Mai. 25).

| | |
|---|---|
| IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Intra urbem Romam ⌈ aeternam nullus iudicum novum opus informet, quotiens serenitatis nostrae arbitria cessabunt ⌈. Ea tamen instaurandi, quae iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, universis licentiam damus. DAT. VIII KAL. IVN. PHILIPPIS DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. | IVST. ⌈ veterem et novam ⌈ nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus construere voluerit |

---

*V.* — IVST. 8, 11, 5.

7 uiii] *V*, uii *Iust. (Hal.)* philippis *V*; philippopoli *8, 5, 19: cf. de loco ad 7, 4, 10*

XV, 1, 12 (364 Iun. 8).

IDEM AA. AD SYMMACHVM. Horrea fiscalia apud urbem Romam nec non etiam Portus in usus translata privatos cognovimus. Haec ad pristinum ..... inferioribus horreorum frumenta condantur, quae natura loci et umore vitiantur. Annonas quoque horreis antiquitus deputatas hos redhibere conpelles, qui eas in damna publica ausi sunt occupare, quarum substantiam enthecae populi Romani proficere praecipies. Sane quos invenies fabricarum destructionis auctores, ad reparationem necessario tenebis. DAT. VI ID. IVN. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

1 Symmachum] *praefectum urbi* 2 *exciderunt talia:* statum restituere curabis. Curabis item ne in partibus 4 rethibere *V* 5 quarum] *fortasse* quorum enthecae] *Gothofredus*, entichae *V* 5/6 precipies *V*b, procipies *V*a 6 inueniens *V*

XV, 1, 13 (364 [?] Iun. 19).

IDEM AA. TAVTOMEDI DVCI DACIAE RIPENSIS. In limite gravitati tuae commisso praeter eas turres, quas refici oportet, si forte indigeant refectione, turres administrationis tempore quotannis locis opportunis extrue. Quod si huius praecepti auctoritatem neglexeris, finita administratione revocatus in limitem ex propriis facultatibus eam fabricam, quam administrationis tempore adiumentis militum et inpensis debueras fabricare, extruere cogeris. DAT. XIII KAL. IVL. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRON(IANO) CONSS.

*V*

1 tautomedi] *idem videtur esse Teutomeres natione Francus protector domesticus (Ammianus 15, 3, 10 ad a. 354); idem nomen Τευτομήρης reperitur apud Libanium ep. 1288* 2/3 turres administrationis tempore] *scr.* tuae tres administrationis tempore 3 quodannis *V* oportunis *V* 5 impensis] impensis publicis *Seeck* 6 *eo die Valentinianus non fuit Mediolani*

XV, 1, 14 (365 Ian. 1).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Praesumptionem iudicum ulterius prohibemus, qui in eversionem abditorum oppidorum metropoles vel splendidissimas civitates ornare se fingunt transferendorum signorum vel marmorum vel columnarum materiam requirentes. Quod post legem nostram sine poena admittere non licebit, praesertim cum neque novam constitui fabricam iusserimus, antequam vetera reformentur, et, si adeo aliquid fuerit inchoandum, ab aliis civitatibus conveniat temperari. DAT. KAL. IAN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE CONSS.

*V*

2 metropoles] *Gothofredus*, petropolis *V* 3 materia *V* 5 reformentur] *V*b, *****f*r- mentur *V*a

XV, 1, 15 (365 Feb. 16).

IDEM AA. AD DRACONTIVM. Lex sancientibus nobis rogata est, quae iudices omnes et rectores provinciarum edicto suo adque auctoritate cohibet aliquid novi operis adripere, priusquam ea, quae victa senio fatiscerent, repararent. Quae nunc etiam credidimus repetenda. DAT. XIIII KAL. MAR. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

3 factiscerent *V*

XV, 1, 16 (365 Mart. 15).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Censura tua hanc iudicibus licentiam penitus amputabit, ne aliquid novellum adgrediantur opus veterum inlustrium fabri-

1 hanc] *Gothofredus*, ac *V*

carum reparatione neglecta. In eo sane larga ac benigna his licentia tribuetur, ut ornamenta urbium ac decora marmorum, quae in aliquo senium temporis sentiunt, ad speciem pristinam et usum congruae utilitatis instaurent. Ceterum nihil auspicari quemquam novi operis patieris exceptis stabulorum fabricis, quae ex usu publico, si ita res tulerit, non prohibemus institui. DAT. ID. MAR. SENIGALLIA VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

3 usum congruae] urum congrua *V* 5 dat.] *locus videtur requirere* pp

, 17 (365 Oct. 6).

IDEM AA. AD VALENTINIANVM CONS(VLAREM) PICENI. Si quid sinceritas tua his urbibus, quibus praeest, putaverit deferendum, instaurare antiquum opus rectius poterit quam novum inchoare. Sane si quid reparationi alicuius operis postulandum erit, non in pecunia, sed in ipsis speciebus postulare te par est. Si loca aliqua indigent novis stabulis aut horreis, videris exaedificare etiam, si emolumenta publica adverteris postulare. DAT. PRID. NON. OCTOB. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

1 ualentinus *leges aliae ad eundem datae* 2 poterit] *scr.* erit 3 alicuius] acuius *V* 5 etiam] *scr. sic fere:* recte ea etiam 6 aa. *om. V.* — *Annum determinant rescripta alia data ad eundem*

, 18 (374 Ian. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum quodcumque opus inchoandum esse necessario viderint in aliqua civitate, id arripere non dubitent. Si civitatis eius res publica tantum in tertia pensionis parte non habeat, quantum coeptae fabricae poscat inpendium, ex aliarum civitatum rei publicae canone praesumant, tertiae videlicet portionis. P(RO)P(OSITA) VII KAL. FEB. SIRMIO GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

*V*

4 parte] $V^b$, t(?)an(?)tu(?)m(?) $V^a$ aliorum *V*

, 19 (376 . . . .).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD SENATVM. POST ALIA: Nemo praefectorum urbis aliorumve iudicum, quos potestas in excelso locat, opus aliquod novum in urbe Roma inclyta moliatur, sed excolendis veteribus intendat animum. Novum quodque opus qui volet in urbe moliri, sua pecunia, suis operibus absolvat, non contractis veteribus emolumentis, non effossis nobilium operum substructionibus, non redivivis de publico saxis, non marmorum frustis spoliatarum aedium deformatione convulsis. LECTA IN SENATV VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS.

*V*

3/4 quodque] *Gothofredus,* quoque *V* 5 emolumentis] monumentis *cum prioribus Gothofredus* 7 *dies* id. Aug. *videtur esse supplendus ex* 10, 19, 8

, 20 (380 Mart. 17).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. IVLIANO P(RAE)F(ECTO) AEGYPTI. Iudex, qui ad provinciam fuerit destinatus, duas partes vel incuria vel vetustate conlabsas

2 *videntur haec male mutilata esse et sic fere supplenda:* duas partes [fabricationum suarum ita instituat, ut aedes] vel incuria *cet.*

ad statum pristinum nitoris adducat adque tertiam construat novitatis, si tamen famae et propriis cupit laudibus providere. DAT. XVI. KAL. APRIL. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

*V*

1 construat] *Gothofredus*, constrat *V*

---

XV, 1, 21 (380 Aug. [?] 17).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Singuli quique iudicum primo omnium in tuendis veteribus aedificiis publicis impendant propriae sollicitudinis curam, tum adgrediantur nova. Adque studio cautae celeritatis, quidquid a superiore reppererint inchoatum, quasi a se coeptum noverint explicandum. DAT. XVI KAL. SEPTEMB. HADRIANOP(OLI) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

*V*

4 xui kal. sept.] *in die erratum est, nam eo anno Theodosius profectus Thessalonica post Nov. 16 Constantinopolim advenit Nov. 24, iter faciens sine dubio per Hadrianopolim*

---

XV, 1, 22 (383 Iun. 11).

IDEM AAA. HAVE, PROCVLE K(ARISSIME) NOB(IS). Praescribtio temporis iuri publico non debet obsistere, sed ne rescribta quidem. Adque ideo diruenda sunt omnia, quae per diversas urbes vel in foro vel in quocumque publico loco ⌈ civitatis extructa noscuntur. DAT. III ID. IVN. CONSTAN(TINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

| ⌈ contra ornatum et commodum ac decoram faciem IVST. |

*V.* — IVST. 8, 11, 6.

1 ad proculum *Iust.: comes Orientis* 2 ne] nec *Iust.* per] *Iust., om. V* 4 puplico *V*

---

XV, 1, 23 (384 Ian. 18).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad portus et aquaeductus ⌈ instaurationem ⌈⌈ omnes certatim facta operarum conlatione instare debent neque aliquis ab huiuscemodi consortio dignitatis privilegiis excusari. DAT. XV KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

| IVST. | |
|---|---|
| ⌈ et murorum | ⌈⌈ sive extructionem |

*V.* — IVST. 8, 11, 7.

4 huiusmodi *Iust.*

---

XV, 1, 24 (385 Febr. 3).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum vel pecunia ad extructionem solito more ⌜decreta⌝, | ⌜credita⌝ IVST. | usque ad annos quindecim ab opere perfecto cum suis heredibus teneantur obnoxii, ita ut, si quid vitii in aedificatione intra praestitutum tempus provenerit, de eorum patrimonio, exceptis tamen his casibus qui sunt fortuiti, reformetur. DAT. III NON. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

*V.* — IVST. 8, 11, 8.

1 idem aaa.] *V*, idem aa. arc. et *(sic) Iust. (RCM)* 4 intra] *Iust.*, infra *V* peruenerit *Iust.*

, 1, 25 (389 Iul. 17).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBIS) CONSTAN(TINO)P(OLITANAE). Turpe est publici splendoris ornatum privatarum aedium adiectione conrumpi et ea, quae conspicuae urbis decori vel nostri temporis vel prioris saeculi aetate creverunt, aviditate cogendae pecuniae sociari. Unde sublimis eminentia tua, quidquid talis astutiae deprehenderit fraude violatum, id, si publicis nitoribus faciem aspectus deterioris inducit, sive illud voluntaria praesumptione temeratum est sive expressam coactis adnotationibus occasionem fraudis obtinuit, iubebit amoveri. Tuo enim arbitrio relinquimus, a quibus temperandum quaeve diruenda diiudices. DAT. XVI KAL. AVG. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*V*

4 sociari] sauciari *Reinesius* 5 astatutiae depraehenderit *V* 7 fraudis] *scr.* fraus abtinuit *V* 8 durienda *V*

, 1, 26 (390 Ian. 16).

IDEM AAA. POLEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITALIAE. Quotiens clariores urbes per singulas quasque provincias expensis propriis et vectigalibus maiorem pecuniam absolvendi cuiuslibet operis necessitate deposcunt, id ex minorum viribus vindicetur, ita ut non ante poscatur, quam omnis summa, quae isdem ex suis conpendiis quaeri solet, instaurandis aedibus adsumatur. Consequens vero erit, ut in notitiam serenitatis nostrae, quotiens habita fuerit haec vectigalium usurpatio, dirigatur, quantum fuerit aliunde praesumptum, per quos expensum, quatenus consummatum. DAT. XVII KAL. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*V*

2 urbis *V* et *del.* 4 omne *V* hisdem *V* 6 dirigatur] *Seeck,* diriuetur *V* 8 neotherio *V*

, 1, 27 (390 Apr. 4).

IDEM AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBIS) ROM(AE). Augustae in partibus civitatis magis antiqua reddi convenit quam inchoari supervacua. Nosse itaque par est officium magnitudinis tuae et ceteros, a quibus sumptus huiusmodi operibus de aerario praebebuntur, accepto omnino non ferri, si quis per usurpationem opus praeter conscientiam nostram intra aeternam urbem voluerit publica conlatione construere. Ideoque summam omnem, quae illi contra interdictum forte praebebitur, pecunia sua et propriis facultatibus pendet, sequestrata condemnatione librarum auri decem, quae plectet sacrilegam contemnentis audaciam. DAT. PRID. NON. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*V*

6 que *V* pendet] *requiritur* rependet 7 plecet *V* 8 neotherio *V*

, 1, 28 (390 Apr. 4).

IDEM AAA. POLEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITALIAE. Si quis novum opus in qualibet civitate sustollere audacius quam consultius molietur, de proprio se conlaturum sumptus et perfecturum quod coeperit noscat. Nihil quippe dispensatoribus ex hoc usu feremus accepto, et contra officium adque ipsum iudicem auri pondo dena constringent, ut saltem metu, quod facere sponte debuerant, reficiendis vetustioribus inpendant laborem. DAT. PRID. NON. APRIL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO V̄. C̄. CONSS.

*V*

1 $\overline{\text{ppo}}$] $\overline{\text{pp}}$ *V* 4 controfficium *V*[1] 6 iiii] iii *V* neotherio *V*

XV, 1, 29 (393 Febr. 27).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Ne quis iudicum nova aedificia moliatur, cum opera nonnulla aut coepta penderent aut neglecta nutarent. DAT. III KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

XV, 1, 30 (393 Febr. 27).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quando concessa a nobis licentia fuerit extruendi, id sublimis magnificentia tua sciat esse servandum, ut nulla domus inchoandae publicae fabricae gratia diruatur, nisi usque ad quinquaginta libras argenti pretii aestimatione taxabitur. De aedificiis vero maioris ʿmeritiʾ ad nostram scientiam referetur, ut, ubi amplior poscitur quantitas, imperialis extet auctoritas. DAT. III KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

ʿpretiiʾ IVST.

*V.* — IVST. 8, 11, 9.

3 praetii *V* 5 referatur *Iust.*

XV, 1, 31 (394 Iul. 5).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui iudices perfecto operi suum potius nomen quam nostrae perennitatis scribserint, maiestatis
1 teneantur obnoxii. || Illud etiam repetita sanctione decernimus, ut nemini iudicum liceat novis molitionibus industriae captare famam. Quod si quis in administratione positus sine iussu nostro aedificii alicuius iacere fundamenta temptaverit, is proprio sumptu et iam privatus perficere cogetur quod ei non licuerat inchoare, nec provincia permittetur abscedere prius, quam ad perfectam manum coeptum perduxerit et, si quid de quibuslibet publicis titulis in ea ipsa fabrica praecepto eius inpensum fuerit, reformarit. DAT. III NON. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO III ET HONOR(IO) II AA. CONSS.

**IVST.**
**Si qui iudices perfecto publicis pecuniis operi suum nomen sine nostri numinis mentione scripserint, maiestatis teneantur obnoxii *fin.***

*V.* — IVST. 8, 11, 10.

2 operis *V*, opere *Iust. (RM)*, operum *Iust. (C)* 5 nemine *V* 6 nobis *V* 9 perfectam manum coeptum] *scripsi*, perfectum manum coeptu *V*

XV, 1, 32 [= BREV. XV, 1, 2] (395 Iun. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVSEBIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Ne splendidissimae urbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris rei publicae tertiam partem reparationi publicorum moenium et thermarum subustioni deputamus. DAT. XI KAL. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

INTERPRETATIO. Quotiens aedificia vetustate consumpta necesse fuerit reparari, ad ipsam reparationem tertiam partem de proprio fiscus inpendat.

*V.* — BREV. *(HNG[textum bis]O[om. int.]EXCPMLS).* — IVST. 8, 11, 11.

1 a̅a̅ *om. O* cs̅l] *V*, cons̅l *X*, co̅n̅s *C*ᵇ, cons̅s̅ *C*ᵃ*L*, comiti salinum *H*, co̅m (consulari *O*) siciliae *NGOEPMS* 2 orbis *N*, urbis *E*ᵃ*MS* labuntur *PML*, labentur *E*ᵇ reditibus] hereditatibus *H*, **reditibus *E* functorum *N* iuris *om. Pith.* 3 tertia *N* reparatione *N* publicarum moenium *H*, moenium publicorum *NEXCPMLS* terinarum *L* subustione *NXC*, substitutioni (-ne *G*) *GO Pith.* 3/4 deputemus *N* 4 dat. xi k. iul. (iun. *N*) med. *(om. E)* ol. et pr. *libri* 5 consupta *H* fuerint *HPMLS* ipsa *NL* 6 reparatione *N* de (*om. P*ᵃ) proprio *om. H* fiscos *L*

, 1, 33 (395 Iul. 5).

IDEM AA. HAVE, VINCENTI, K(ARISSIME) NOBIS. Praecipua nobis cura est, ne aut provinciales nostri superindictionibus praegraventur aut opera publica pereant vetustate conlabsa. Singuli igitur ordines civitatum ad reparationem moenium publicorum nihil sibi amplius noverint praesumendum praeter tertiam portionem eius canonis, qui ex locis fundisque rei publicae quotannis conferri solet, sicut divi parentis nostri Valentiniani senioris deputavit auctoritas. DAT. III NON. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V*

1 Vincenti] *ppo Galliarum* 3 publicorum] $V^1$, publicarum $V^{2*}$ 4 noūerit *V* ex] *Gothofredus ad 5, 13, 35,* ut *V* 5 quodannis *V* 6 deputau.t $V^a$

, 1, 34 (396 Mart. 24).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes provinciarum rectores litteris moneantur, ut sciant ordines adque incolas urbium singularum muros vel novos debere facere vel firmius veteres renovare, scilicet hoc pacto inpendiis ordinandis, ut adscribtio currat pro viribus singulorum, dein describantur pro aestimatione futuri operis territoria civium, ne plus poscatur aliquid quam necessitas imperaverit neve minus, ne instans inpediatur effectus. Oportet namque per singula ⌈ iuga certa quaeque distribui, ut par cunctis praebendorum sumptuum necessitas inponatur ⌈. DAT. VIIII KAL. APRIL. ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

⌈ non sterilia IVST.

⌈ nemini excusatione vel alia praesumptione ab huiusmodi immunitate praebenda IVST.

*V.* — IVST. 8, 11, 12.

3 ueteres firmius *Iust.* 4 dein describantur] *V Iust. (N),* deinde adscribantur *Iust. (reliqui)* 5 aliquid] *V Iust., malim* aliquis 9 uiiii] uiii *Iust. (Hal.)*

, 1, 35 (396 . . .).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quidquid de palatiis aut praetoriis iudicum aut horreis aut stabulis et receptaculis animalium publicorum ruina labsum fuerit, id rectorum facultatibus reparari praecipimus, qui a primo consulatu divi genitoris nostri usque praesens tempus gesserunt iudiciariam potestatem. P(RO)P(OSITA) REGIO ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*V*

1 quidquid . . . . praetoriis *et* 4 potes *et* 5 nor iii *in litura* $V^b$ 4 *locus non convenit praefecto praetorio Orientis neque recte comparabitur 3, 1, 5*

, 1, 36 (397 Nov. 1).

IDEM AA. ASTERIO COM(ITI) ORIENTIS. Quoniam vias pontes, per quos itinera celebrantur, adque aquaeductus, muros quin etiam iuvari provisis sumptibus oportere signasti, cunctam materiam, quae ordinata dicitur ex demolitione templorum, memoratis necessitatibus deputari censemus, quo ad perfectionem cuncta perveniant. DAT. KAL. NOV. CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*V*

3 cunctam materiam] $V^b$ *(vel V),* cuncta materia $V^a$*(?)* 3 ordinata] *fortasse* oriunda 4 quod *V*

, 1, 37 (398 Ian. 1).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo iudicum in id temeritatis erumpat, ut inconsulta pietate nostra novi aliquid operis existimet inchoandum vel ex diversis

operibus ⌜aeramen⌝ aut marmora vel quamlibet speciem, quae fuisse in usu vel ornatu probabitur civitatis, eripere vel alio transferre sine iussu tuae sublimitatis audeat. Etenim si quis contra fecerit, ⌜tribus⌝
1 libris auri multabitur. Similis etiam condemnatio ordines civitatum manebit, nisi ornamentum genitalis patriae decreti huius auctoritate defenderint. Horreorum autem vel stabulorum fabricas arbitratu proprio provinciarum iudices studio laudandae devotionis adripiant. DAT. KAL. IAN. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

⌜ornamenta⌝ IVST.
⌜sex⌝ IVST.

*V.* — IVST. 8, 11, 13.

1 uel *om. Iust.* 6 proprio] *Iust.*, pro *V* 7 kal.] *V*, iii kal. *Iust. (Hal.)*

XV, 1, 38 (398 Iul. [?] 3).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Excellens eminentia tua cuncta privata aedificia, quae coniuncta horreis publicis esse cognoverit, dirui ac demoliri praecipiet, ita ut ex quattuor lateribus privatorum consortio separata sint ac libero spatio secernantur, ut a principio fuerant fabricata. DAT. V NON. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) A. III ET EVTYCHIANO CONSS.

*V*

4 secernantur] *Gothofredus*, recernantur *V* | *Bithynico*
4 *dies parum concordat cum Arcadii itinere*

XV, 1, 39 (398 Oct. 11).

IDEM AA. SEVERO P(RAEFECTO) V(RBI). Aedificia, quae ⌜vulgi more⌝ parapetasia nuncupantur, vel si qua alia opera ⌜publicis moeniis vel privatis⌝ sociata cohaerent, ut ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet aut angustentur spatia platearum vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosterni praecipimus. DAT. V ID. OCTOB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

⌜vulgo⌝ IVST.
⌜moenibus vel publicis operibus⌝ IVST.

*V.* — IVST. 8, 11, 14.

2 *παραπίσσια Iust. (Graece)*, parapesia *Iust. (W*[b]*)*, pararessia *Iust. (plerique) cf. Ducange Lexicon inf. Graec. s. u. πινσοί* 3 alia] *Iust.*, aliqua *V* moeniis] *V*[1], moenibus *V*[2*] *Iust.* 4 coherent *V*

XV, 1, 40 (398 Dec. 13).

| | IVST. |
|---|---|
| IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si aliquando operum publicorum petitores emergant, non nisi diruta penitusque destructa et quae parum sint usui civitatum petitoribus adsignentur. DAT. ID. DEC. HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. | Si aliquando homines emergant, qui a nostra clementia opus publicum sibi praeberi postulaverint, non nisi diruta penitusque destructa et quae parum sunt in usu civitatium percipiant: intimandis huiusmodi rescriptis iudicio amplissimae tuae sedis. |

*V.* — IVST. 8, 11, 15.

4 penitusquae *V* destructa] *Iust.*, distructa *V* 5 sit *V*

XV, 1, 41 (401 Iul. 4).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnia aedificia publica sive iuris templorum intra muros posita vel etiam muris cohaerentia, quae tamen nullis censibus

2 coherentia *V*

patuerit obligata, curiales et collegiati submotis conpetitoribus teneant adque custodiant, suarum non inmemores fortunarum, ita ut eos nullus penitus inquietet, qui aliquem locum publicum aut per sacram adnotationem meruerit aut in areis vacantibus, quae nullum usum civitatibus ornatumque praeberent, insinuata auctoritate rescribti propriis sumptibus aedificaverit. Si qua vero super huiusmodi locis fuerit orta dubitatio, non aliquid municipes sive collegiatos volumus sponte praesumere, sed a rectore provinciae ortam dirimi quaestionem vel sublimem consuli praefecturam, si iudicandi exegerit difficultas. Palatina sane officia ab his locis abstinere oportet nec praebendae instructionis gratia cuique subripiendi aditum reserari, cum, si quando a quopiam vacans locus aut area postulatur, consultius ad ordinarios iudices nostri mittantur affatus, ut, si neque usui neque ornatui civitatis adcommodum videtur esse quod poscitur, periculo ordinis et provincialis officii absque ullius gratiae conludio conpetitori sub gestorum testificatione tradantur. Pensiones autem, quae deinceps sublatae a conpetitoribus fuerint, rationabiliter inpositas reparationi iubemus proficere civitatis, exceptis videlicet pensionibus praeteriti temporis, quae iam sollemniter sacro privatoque debentur aerario. DAT. IIII NON. IVL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

*V*

7 sublimi *V* 9 subripiendi] *malim* subrependi aditum] *V*ᵇ, *aditum *V*ᵃ 10 usui] *Tilius,* sui *V* 14 exceptis] *Gothofredus, om. V*

---

, 1, 42 (404 Iul. 14).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eudoxiopolitanae civitatis cives pro oblata no....... suam patriam ergasteria condonamus. Ne quis igitur ergasteria memorata a nostra serenitate deinceps petere moliatur eaque ratione civium, quorum censum cupimus ampliari, iura perturbet. DAT. PRID. ID. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

*V*

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 1/2 *videntur talia excidisse:* pro oblata no[bis (*sic Haenel*) devotione conlaudamus iisque quae aiunt esse per] suam patriam 4 perturbat *V* 5 aristeneto *V*

---

, 1, 43 (405 Sept. 24).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Petentibus loca publica ea condicione adnuimus, ne quid usui vel ornatibus aut commodis civitatum auferatur. Et quamquam nullum opinemur existere, qui contra commoda vel ornatum propriae civitatis competitorum obreptionibus coniveret, adtamen huiuscemodi rescribta ad excellentiam tuam referri praecipimus, scientibus iudicibus, quod, si qui deinceps subrepticia voluerit allegare rescribta, non nisi reprehensione existimationis suae et poena officiorum suorum his aditum praebebunt, si in tradendis locis publicis, si qui forte nostra liberalitate fuerint concessi, excellentiae tuae non expectetur auctoritas. DAT. VIII KAL. OCTOB. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

*V*

1 *requiritur* idem AAA. 2 usui] *Tilius,* ui *V* 4 conhiberet *V* rescribta non nisi ad excellentiam (ad excellentiam *in litura V*ᵇ) *V:* non nisi (*cf. v. 6*) *hoc loco delevi* 5/6 allegare scribta *V* repraehensione *V*

---

, 1, 44 (406 Iun. 27).

IDEM AAA. AEMILIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quando usus exegerit vel porticus vel quaslibet aedes aetatis senio seu fortuitis concussas casibus reparari, liceat etiam incon-

1 idem aaa.] idem aa. et theod. *Iust. (R),* idem et theod. aa. *Iust. (C)* pū] *V,* pp. *Iust.* 2 qualibet *V*

sulta clementia nostra cum reverentia sui imaginem deponere vel nostram vel retro principum reportatamque post refecta aedificia loco proprio denuo conlocare. DAT. V KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

*V.* — IVST. 8, 11, 16.

2 reportatamquae *V*

XV, 1, 45 (406 Oct. 22).

IDEM AAA. AEMILIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnibus tabulatis tam his, quae intercolumnis adfixa sunt quam his, quae superiores porticus dividunt, ad formam pristinam civitatis habitus revocetur, ascensibus etiam his, qui ad superiores porticus ducunt, tam in latiorem modum patentibus quam pro ligneis scalis lapideis gradibus fabricandis. Ita enim et pericula incendii aberunt et si qui casus adversi tulerint, facile amotis angustiis homines inter incendia discursus ac liberandi sui facultatem invenient. DAT. XI KAL. NOVEMB. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

*V*

1 aaa.] *scripsi*, aa. *V* tabulatis] *fortasse scr.* tabulatis sublatis 2 superioris *V* 3 dicunt *V* 5 qui] quid *Seeck*

XV, 1, 46 (406 Oct. 22).

IDEM AAA. AEMILIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Aedificia privatorum publicis aedibus adhaerentia sive superposita destrui tollique praecipimus. Et in posterum id aperte sancimus, ut, || ⌜si qui aedificandi iuxta publicas aedes animos⌝ dederit, quindecim pedum spatio interiecto inter publica ac privata aedificia ita sibi noverit fabricandum, ut tali intervallo et publicae aedes a periculo vindicentur et privatus aedificator velut perperam ⌜fabricati loci⌝ destructionis quandoque futurae non timeat detrimentum. DAT. XI KAL. NOV. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜si cui loci proprietas aedificandi i. p. a. animum⌝
⌜fabricato loco⌝

*V.* — IVST. 8, 10, 9.

1 aaa.] aa. *V*, imppp. Arc. Hon. et Theod. AAA. *Iust.* 1/2 adherentia *V* 3/4 si qui aedificandi i. p. a. animos dederit] *scr.* si cui voluntas aedificandi i. p. a. animo sederit 9 nou.] *Iust. (P Hal.) cum* 15, 1, 46, dec. *V*

XV, 1, 47 (409 Febr. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MONAXIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque locus in palatio huius urbis privatis aedificiis incommode occupatus est, is quam primum subrutis omnibus quae in eo sunt aedificiis palatio reformetur. Quod privatorum non est parietibus coartandum, nam imperio magna ab universis secreta debentur: ut hi tantum locum habeant habitandi, quos legitimus maiestatis nostrae usus et rei publicae disciplina delegit, in futurum etiam universis ab huiusmodi usurpatione prohibendis. DAT. VIIII KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*V.* — IVST. 8, 11, 17.

4 cohartandum *V* 6 uiiii] uii *Iust. (Hal.)*

XV, 1, 48 (411 Nov. 28).

IDEM AA. BONOSIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Nihil ex his, quae instaurationi ornatibusque singulis deputavit antiquitas, nullius colore occasionis auferri volumus. Igitur a futuro

2 ullius *malim* a *addidi*

proximo consulatu universa praedictae urbi debitorum vectigalium inlibata augmenta pervaleant. DAT. IIII KAL. DECEMB. R(A)V(ENNAE) POST CONS. VARANAE V̄. C̄.

*V*

2 perualeant] permaneant *Seeck*, semper ualeant *ego*

---

1, 49 (412 Apr. 9).

IDEM AA. HERCVLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Constructioni murorum et comparationi transvectionique specierum universi sine ullo privilegio coartentur, ita ut in his dumtaxat titulis universi pro portione suae possessionis et iugationis ad haec munia coartentur, quo ita demum, a summis ad infimos usque sarcina decurrente, ferendi oneris non leve solacium, sed in commune omnibus profuturum communi labore curetur. Quod in partibus dumtaxat Illyricianis nostram clementiam statuisse tua sublimitas recognoscat. DAT. V ID. APRIL. CONSTAN(TINO)P(OLI) D̄D̄. N̄N̄. HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*V.* — GEMINA 11, 17, 4 *(ubi vide).* — IVST. 10, 49, 1.

1 p̄p̄o] p̄f *V*   2 transuectionique] *gem.*, transuectionis *V*   cohartentur *V*   3 pro] *gem.*, *om.* *V*   munia] *gem.*, moenia *V*   4 cohartentur *V*   4/5 *fortasse scr.* ferendi oneris non levis solacium sed in c. o. profuturi

---

1, 50 (412 Oct. 29).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) V(RBI). Opus coeptum extruatur et porticus thermas Honorianas praecurrat acie columnarum, cuius decus tantum est, ut privata iuste negle-geretur paulisper utilitas. Sed ne census sui quisquam intercepta lucra deploret, sed e contrario cum pulchritudine civitatis etiam fortunas suas auctas esse laetetur, pro loco quod quisque possederat superaedificandi licentiam habeat. Nam in locum privati aedificii, quod in usum publicum translatum est, occupationem basilicae iubemus vetustae succedere, ut contractus quidam et permutatio facta videatur, cum dominus, qui suum dederat civitati, pro eo habiturus sit ex publico remota omni formidine, quod inconcusso robore et ipse habere et quibus velit tradere habebit liberam facultatem. DAT. IIII KAL. NOVEMB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*VW [incipit 3 paulisper]*

3 lucra] *V*, iura *W*   deplorit *W*   4 laetentur *W*   4/5 pro loco q. q. p. superaedificandi] *VW*, pro eo quod q. possederat insuper aedificandi *videtur requiri*   8 eo] *W*, ea *V*   9 robore] $V^b$ *W*, **bore $V^a$   iiii *vacuo spatio relicto om.* *W*   10 aa.] a. *W*

---

1, 51 (413 Apr. 4).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Turres novi muri, qui ad munitionem splendidissimae urbis extructus est, conpleto opere praecipimus eorum usui deputari, per quorum terras idem murus studio ac provisione tuae magnitudinis ex nostrae serenitatis arbitrio celebratur, eadem lege in perpetuum et condicione servanda, ut annis singulis hi vel ad quorum iura terrulae demigraverint proprio sumptu earum instaurationem sibimet intellegant procurandam, earumque usu publico beneficio potientes curam reparationis ac sollicitudinem ad se non ambigant pertinere. Ita enim et splendor operis et civitatis munitio cum privatorum usu et utilitate servabitur. DAT. PRID. NON. APRIL. LVCIO V̄ C̄. CONS.

*VW.* — IVST. 8, 11, 18.

1 monitionem *W*   3 studiu *W*   4 celebratur] $V^2$ *W Iust.*, celeratur $V^1$   conditione *W*   5 hi] his *W*   propio *W*   earum] *VW*, eorum *Iust.*   6 earumque] *VW*, eorumque *Iust.*   potientes] *V Iust.*, potientur *W*   9 uc. cons.] *V*, conss. *W*

XV, 1, 52 (424 Ian. 9).

IMP. THEOD(OSIVS) A. SEVERINO P(RAEFECTO) V(RBI). Quia plurimae domus cum officinis suis in porticibus Zeuxippi esse memorantur, reditus memoratorum locorum pro quantitate, quae placuit, ad praebenda luminaria et aedificia ac tecta reparanda regiae huius urbis lavacro sine aliqua iubemus excusatione conferri. DAT. V ID. IAN. VICTORE V̄. C̄. CONS.

*VW.* — IVST. 8, 11, 19.

1 imp. theod.] *W Iust.*, idem *V* p̄u] p̄p̄o *Iust.* 2 zeusippi *W* 3 reparanda *(sic R, -dae CM)* regiae] *Iust.*, reparandae gratia *VW* 3/4 huius urbis] *W Iust.*, urbis huius *V* 4 ū] *V*, ūi *Iust. (Hal.)*, *vacuo spatio relicto om. W* uc.] *W*, *om. V* conss. *W*

XV, 1, 53 (425 Febr. 27).

IDEM A. ET VALENTINIANVS CAES. CONSTANTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Exsedras, quae septentrionali videntur adhaerere porticui, in quibus tantum amplitudinis et decoris esse monstratur, ut publicis commodis possint capacitatis ac pulchritudinis suae admiratione sufficere, supra dictorum consessibus deputabit. Eas vero, quae tam orientali quam occidentali lateri copulantur, quas nulla a platea aditus adque egressus patens pervias facit, veterum usibus popinarum iubebit adscribi. His tamen ipsis, quae humiliores aliquanto adque angustiores putantur, vicinarum spatia cellularum ex utriusque lateris portione oportet adiungi, ne quid aut ministris eorundem locorum desit aut populis. Sane si qui memoratas cellulas probabuntur vel imperatoria largitate vel quacumque alia donatione aut emptione legitima possidere, eos magnificentia tua conpetens pro isdem de publico pretium iubebit accipere. DAT. III KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. I CONSS.

*VW*

1 idem] imp. theod. *W* constanti *W* exsedras] *sic VW* 2 adherere *VW* et] ac *W* 4 orientali .... 5 nulla *om. W* 5 patens .... 6 his tamen] *W*, pa|tamen *(mediis omissis) V* 6 ipsis *in transitu a pagina ad paginam om. W*[a] quae] que *V* 7 cellolarum *W* 8 eorondem *W*, eorumdem *V* 9 cellolas *W* imperatoriae *W* 10 aut temptatione *W* hisdem *VW* 11 dn. *om. W* ā *om. W* 12 c i *W*, caes. *V*

## II [= BREV. II]. DE AQVAEDVCTV.

ii *V*[2*], *om. V*[1]. — *rubr. ante 15, 2, 7 GCS.* — de aquae ductu *(sic VW,* ducto *brev.) om. O.* — *Iust.* 11, 43.

XV, 2, 1 (330 Mai. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMILIANVM CONSVL(AREM) AQVARVM. Possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse inmunes, ut eorum opera aquarum ductus sordibus obpleti mundentur, nec ad aliud superindictae rei onus isdem possessoribus adtinendis, ne circa res alias occupati repurgium formarum facere non occurrant. Quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur: nam fiscus eius praedium obtinebit, cuius neglegentia perniciem formae congesserit. Praeterea scire eos oportet, per quorum praedia ⌈ ductus commeat, ut dextra laevaque de ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant; observante ⌜tuo officio⌝, ut, si quo tempore pullulaverint, excidantur, ne earum radices fabricam formae conrumpant. DAT. XV KAL. IVN. GALLICANO ET SYMMACH(O) CONSS.

⌈ aquae IVST.

⌜officio iudicis⌝ IVST.

*VW.* — IVST. 11, 43, 1.

4 hisdem *VW* 5 occurrant] *VW Iust. (X*[t]*)*, occurrent *Iust. (I*[v]*)*, curent *Iust. (plerique)* 6 concesserit *Iust.* 8 leuaque *V* 9 tempore] *VW Iust.*, *expectamus* tempore ulterius 10 conrumpant] *V Iust.*, confungant *W* 11 x̄ū *vacuo spatio relicto om. W*

2, 2 (369 Oct. 30?).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. FORTVNATIANO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Aquaeductus, qui Dafnensi palatio usum aquae praestat, quorundam aviditate tenuatur adpositis maioribus fistulis, quam ex imperiali largitate meruerunt. Consensu igitur omnium in tribus locis conceptacula reparentur et singulorum nomina modusque servandus tabulis adscribatur, et si ultra licitum aliquem usurpasse constiterit, per singulos obolos librae unius auri dispendiis ingravetur. Et si sacri tenore rescribti aliqui certum modum aquae meruisse noscetur, non prius eidem accipiendi potestas aliquatenus tribuatur, nisi adito rectore ex ipso conceptaculo quantitatem quam meruit possit adipisci. DAT. III KAL. NOV. ANTIOCHIAE VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

*VW*

1 impp. *W* aa. *W* 2 prestat *V* 3 adpositis] *W*, adpotis *V* 5 usurpasse] *W*, usurpare *V* constetirit *W* 6 tenore scribti *W* 7 modum] ...um *V*ª 9 antioc̄ *W*. *Subscriptio dubia (vide ad 10, 19, 5)*

2, 3 (382 [?] Iun. 22).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Summas quidem domus, si lavacris lautioribus praesententur, binas non amplius aquae uncias aut, si hoc amplius exegerit ratio dignitatis, supra ternas neutiquam possidere, mediocres vero et inferioris meriti domus singulis et semis contentas esse decernimus, si tamen huiuscemodi balneas easdem habere claruerit. Ceteros vero, qui mansionem spatio angustiore sustentant, ad mediae unciae usum tantum gaudere praecipimus neque obreptionem cuiquam patere, ita ut quod tibi paret officium sex librarum auri multa feriatur, nisi prodiderit usurpantes et is qui fefellit careat impetrato. DAT. X KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

*VW [finit 2 summas].*

1 impp. *W* aa. *W* 2 praesententur] *fortasse scr.* praestent 3 neutiquam] *Gothofredus*, neutique] *V* 5 mansionem sp. a. sustentant] *scripsi*, mansionem sp. a. sustentantur *V*, mansionum sp. a. sustentantur *Gothofredus* 8/9 *Clearchus praefectus urbi fuit per a. 372. 373*

2, 4 (389 [?] . . .).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PANCRATIO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quis de cetero vetiti furoris audacia florentissimae urbis commoda voluerit mutilare aquam ad suum fundum ex aquaeductu publico derivando, sciat eundem fundum fiscalis tituli proscribtione signatum privatis rebus nostris adgregandum. DAT. VIII . . . CONSTAN(TINO)P(OLI) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 43, 2.

4/5 uiii constanp *V.* — *Annus et magistratus non conveniunt*

2, 5 (389 Aug. 28).

IDEM AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBIS) ROM(AE). Eos, qui aquae copiam vel olim vel nunc per nostra indulta meruerunt, eius usum aut ex castellis aut ex ipsis formis iubemus elicere neque earum fistularum quas matrices vocant cursum ac soliditatem adtemptare. DAT. V KAL. SEPT(EM)B. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 43, 3.

2 eius *om. Iust.* usu *V* 3 eligere *Iust.* cursum] ursum *V*ª

**structum munitionis huiusce dignitate aut privatorum privilegiorum in qualibet.... studiosius adpetita. Etiam istud adiungimus, ut domos etiam clementiae nostrae, quas vetusta et innumera ab huius oneris curatione privilegia vindicabant, par condicio et sollicitudo constringat, ita tamen, ut in ceteris quae vel inlustribus vel patrimonio nostro praecedentibus edictis beneficia fuerant adtributa, intemerata permaneant.** DAT. III KAL. MAI. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*V*

1 in (ui *Gothofredus*) qualibet studiosius] *haec fortasse sic redintegrari poterunt:* in qualibet | [re excusatione considerata licet] studiosius adpetita uetustat et *V*[a]

XV, 3, 5 (412 Oct. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. **Antiquatis omnibus vel personalibus rescribtis vel per adnotationes elicitis || per Bithyniam ceterasque provincias possessores et reparationi publici aggeris et ceteris eiusmodi muneribus pro iugorum numero vel capitum, quae possidere noscuntur, adstringi cogantur.** || *inc.* IVST. DAT. VII KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*V.* — IVST. 10, 25, 2.

1 p̄p̄ō] p̄p̄ *V*

XV, 3, 6 (423 Febr. 15).

| | IVST. 11, 75, 4: | IVST. 1, 2, 7: |
|---|---|---|
| IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Absit, ut nos instructionem viae publicae et pontium stratarumque ⌜operam⌝ titulis magnorum principum ⌜dedicatam⌝ inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones reparationesque itinerum pontiumque nullum, genus hominum nulliusque dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Domos etiam divinas ⌜ac venerandas ecclesias⌝ tam laudabili titulo libenter adscribimus. \|\| Quam legem cunctarum provinciarum iudicibus intimari conveniet, ut noverint, quae | ⌜opera⌝ ⌜dedicata⌝ ⌜*om.*⌝ \|\| *finit* | **Ad instructiones itinerum pontiumque etiam divinas domos et venerabiles ecclesias tam laudabili titulo libenter adscribimus, quia non est inter sordida munera numeratum.** *fin.* |

viis publicis antiquitas tribuenda decrevit, sine ullius vel reverentiae vel dignitatis exceptione praestanda. DAT. XV KAL. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*V.* — IVST. 1, 2, 7. 11, 75, 4. — BVRG. R. 17, 1.

8 meritis] *V Iust.; scr. fortasse* meritiue 9/10 aeclesias *V* 14 xu] *V Iust. 1, 2, 7 (C)* | *et iuncta 16, 8, 25,* xui *iuncta 7, 4, 35*

# IIII. DE IMAGINIBVS IMPERIALIBVS.

iiii] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust. 1, 24:* de statuis et imaginibus.

XV, 4, 1 (425 Mai. 5).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. AETIO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Si quando nostrae statuae vel imagines eriguntur seu diebus, ut adsolet, festis sive communibus, adsit iudex sine adorationis ambitioso fastigio, ut ornamentum diei vel loco et nostrae recordationi sui probet accessisse praesentiam. || *fin.* IVST.

1 Ludis quoque simulacra proposita tantum in animis concurrentum mentisque secretis nostrum numen et laudes

1 p̄p̄ō] p̄p̄ *V* 3 fastigio] *V Iust. (W),* fastidio *Iust. (CRM)* loco] loco addat *Seeck* 4 recordationis s. pr. a. praesentia *Iust.* 5 numen] nomen *Gothofredus*

vigere demonstrent; excedens cultura hominum dignitatem superno numini reservetur. DAT. III NON. MAI. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINIANO) CAES. CONSS.

*V.* — IVST. 1, 24, 2.

1 dignitatem] *Gothofredus,* dignitatum *V* numini] *Gothofredus,* numine *V* 2 non.] | kal. *Iust. (Hal.)*

# V. DE SPECTACVLIS.

u] *V²**, *om. V¹* *Iust.* 11, 41: de spectaculis et scaenicis et lenonibus.

V, 5, 1 (372 Apr. 25).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Magistratus et sacerdotiorum editiones, quae aut in civitatibus aut certe in his debent exigi, quas delegit antiquitas, non in potestate iudicum sint, qui plerumque, dum popularem plausum alienis spoliationibus aucupantur, ea, quae in conpetenti loco sollers diligentia praeparavit, ad alteram urbem transferri praecipiunt, sed in eorum arbitrio maneant, quorum expensis ac sumptibus procurandae sunt. DAT. VII KAL. MAI. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

*V*

1/2 ppo] pp *V* 2 magistratus] magistratuum *scr.* ciuitatibus] ciuitatibus omnibus *Seeck* | 6 triū *V* arintheo *V*

V, 5, 2 (386 [392—395] Mai. 20).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus omnino iudicum aut theatralibus ludis aut circensium certaminibus aut ferarum cursibus vacet nisi illis tantum diebus, quibus vel in lucem editi vel imperii sumus sceptra sortiti, hisque ut ante meridiem tantum sollemnitati pareant, post epulas
1 vero ad spectaculum redire desistant. In quo tamen omnes, sive iudices sive privati, nihil penitus auri praemio dandum esse cognoscent, quod solis licet consulibus, quibus
2 erogandi moderationem vitae meritis permisimus. Illud etiam praemonemus, ne quis in legem nostram, quam dudum tulimus, committat, nullum solis die populo spectaculum praebeat, nec divinam venerationem confecta sollemnitate confundat. DAT. XIII KAL. IVN. HERACLEAE HONOR(IO) NOB. P. ET EVOD(IO) V. C. CONSS.

*V*

4 meridie *V* aepulas *V* 8 die p. spectaculum] *Gothofredus,* diei p. spectaculo *V* 9 confecta] *scr.* cum festa confundat dat. (*debuit esse* confundat dat) *V* 10 heracliae | *V: nisi erratum est in nomine Rufini praefecti praetorio per a. 392—395, subscriptio corrupta est*

V, 5, 3 (409 Aug. 6).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo iudicum ex quacumque civitate in aliud oppidum vel ex provinciae solo equos curules aurigas ⌈ cives temptet traducere, ne, dum popularibus plausibus ⌞intemperate⌟ serviunt, et publicarum rerum statum fatigent et festivitatem inpediant in cunctis oppidis celebrandam, ita ut, si quis hanc violaverit iussionem, poena teneatur ea, quae legum violatores persequitur. DAT. VIII ID. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST.
⌈ bestias histriones
⌞intemperanter⌟

*VW [incipit* 5 fatigent*]*. — IVST. 11, 41, 5.

4 intemperate] intemerate *V*, intemperanter *Iust.* 7 uiii id. *vacuo spatio relicto om. W*

XV, 5, 4 (424 Apr. 22).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ISIDORO P(RAE)F(ECTO) ILLYRICI. Delforum curiae facultates novis damnis frequenter adtritas relatio tui culminis intimavit. Ideoque praeceptis ad universas Illyrici civitates iudicesque transmissis notum omnibus faciat nullum penitus spectacula oportere sollemnia urbis aeternae populis exhibere, sed unumquemque civium intra propriam civitatem debere solitae devotionis officia, prout patrimonii sui vires patiuntur, implere, gravissimae poenae interminatione proposita non solum contra eos, qui huiusmodi functiones crediderint exigendas, sed etiam contra ordinarios ubique rectores. DAT. X KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

*VW*

1 pf] *V*, pfto *W* illirici *W* 2 adstrictas *W* 3 illirici *W* 7 rectores] *V*, restores *W*: | *videntur quaedam resecta huius argumenti:* si id fieri permiserint 8 uc. cons.] *V*, conss. *W*

XV, 5, 5 (425 Febr. 1).

IDEM A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Dominico, qui septimanae totius primus est dies, et natali adque epifaniorum Christi, paschae etiam et quinquagesimae diebus, quamdiu caelestis lumen lavacri imitantia novam sancti baptismatis lucem vestimenta testantur, quo tempore et commemoratio apostolicae passionis totius Christianitatis magistrae a cunctis iure celebratur, omni theatrorum adque circensium voluptate per universas urbes earundem populis denegata totae Christianorum ac fidelium mentes dei cultibus occupentur. Si qui etiamnunc vel Iudaeae impietatis amentia vel stolidae paganitatis errore adque insania detinentur, aliud esse supplicationum noverint tempus, aliud voluptatum. Ac ne quis existimet in honorem numinis nostri veluti maiore quadam imperialis officii necessitate compelli et, nisi divina religione contempta spectaculis operam praestat, subeundam forsitan sibi nostrae serenitatis offensam, si minus circa nos devotionis ostenderit quam solebat, nemo ambigat, quod tunc maxime mansuetudini nostrae ab humano genere defertur, cum virtutibus dei omnipotentis ac meritis universi obsequium orbis inpenditur. DAT. KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. I CONSS.

IVST.
*(praec. 2, 8, 19)*
**dies etiam natalis atque epifaniorum Christi et quo tempore commemoratio apostolicae passionis totius Christianitatis magistrae a cunctis iure celebratur, in quibus etiam praedictis sanctissimis diebus neque spectaculorum copiam reseramus** *(seq. aliena)*

*VW.* — IVST. 3, 12, 6.

1 idem] imp. theod. *W* 3 natalo *V* ephifaniorum *VW* 4 quinquagessimae *V* lumeñ *(sic) W* 6 conmemoratio *W*, commemoratione *V* 7 magistre *V* 8 theathrorum *V*, theatorum *W* urbis *W* 10 dei . . . 11 impietatis *bis W* occupantur *VW (utroque loco)* uel *om. W* | *priore loco* 10/11 uel iudaeae] *Seeck*, uel iudae *W (utroque loco)*, uel iudaei *V* pagauita*tis *W* 13 noluerint *W* honorem] horem *W* 14 nesi *W* 16 maximae *W* 17 ab] ad *W* 18 uniuersi] *W*, universis *V* 19 a.] *W*, *om. V* xi *om. W* caes. i] caes. *V*, c. i *W*

## VI. DE MAIVMA.

*rubr. evanuit W.* — ui] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 46.

XV, 6, 1 (396 Apr. 25).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Clementiae nostrae placuit, ut maiumae provincialibus laetitia ⌜redderetur⌝, ita | ⌜reddatur⌝ IVST.

tamen, ut servetur honestas et verecundia castis moribus perseveret. DAT. VII KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*VW.* — IVST. 11, 46, 1.

1 uii *spatio vacuo relicto om. W* 2 iiii] iii *W*

V, 6, 2 (399 Oct. 2).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum restrictione tristitia generetur. Illud vero quod sibi nomen procax licentia vindicavit, maiumam, foedum adque indecorum spectaculum, denegamus. DAT. VI NON. OCTOB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODORO V. C. CONS.

*VW*

2 tristitiae *V* 3 uindicabit *V* 4 ui *spatio vacuo relicto om. W* conss. *W*

## VII. DE SCAENICIS.

*rubr. evanuit W.* — uii] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 41 *(v. ad 15, 5 rubr.).*

V, 7, 1 (371 [367] Febr. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Scaenici et scaenicae, qui in ultimo vitae ac necessitate cogente interitus inminentis ad dei summi sacramenta properarunt, si fortassis evaserint, nulla posthac in theatralis spectaculi conventione revocentur. Ante omnia tamen diligenti observari ac tueri sanctione iubemus, ut vere et in extremo periculo constituti id pro salute poscentes, si tamen antistites probant, beneficii consequantur. Quod ut fideliter fiat, statim eorum ad iudices, si in praesenti sunt, vel curatores urbium singularum desiderium perferatur, quod ut inspectoribus missis sedula exploratione quaeratur, an indulgeri his necessitas poscat extrema suffragia. DAT. III ID. FEB. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO V. C. CONSS.

*VW*

1 impp. *W* et *om. W* aa *W* pu] *fortasse scr.* ppo 2 ac] *W*, ad *V* 6 antistitis *W* consequentur *VW* 7 quod *delendum* quod ut fideliter ... 8 quaeratur *om. W* 8 exproratione *V* 9 dat. iii *(in sp. vac. om. W)* id. feb. treu. *(sic W,* triu. *V)* gr. a. ii *(in sp. vac. om. W)* et probo uc *(sic W, om. V)* *libri: Viventio in praefectura urbis successit Praetextatus a. 367, itaque erratum est aut in inscriptione aut in subscriptione*

V, 7, 2 (371 Sept. 6).

IDEM AAA. AD IVLIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Ex scaenicis natas, si ita se gesserint, ut probabiles habeantur, tua sinceritas ab inquietantium fraude direptionibusque submoveat. Eas enim ad scaenam de scaenicis natas aequum est revocari, quas vulgarem vitam conversatione et moribus exercere et exercuisse constabit. DAT. VIII ID. SEPT. MOGONTIACI GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

*VW*

1 aa. *W* 2 probabilis *W* sinciritas *W* direptionisque *W* 3 aequm *V* 4 conuersationem *W* uiii *vacuo spatio relicto om. W* 4/5 mogontiaci] *W*, magontiaci *V* 5 gratiano ... probo *om. W* cons. *W*

V, 7, 3 (376 Mart. 10).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD HESPERIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Non invidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicis populi studia,

1 impp. *W* aa. *W* 2 inuidem *(sic) V*

gymnici ut agonis spectacula reformentur. Verumtamen cum primates viri populi studiis ac voluptatibus grati esse cupiant, promptius permittimus, ut integra sit voluptas, quae volentium celebretur inpensis. DAT. VI ID. MART. TREV(IRIS) VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

*VW.* — IVST. 11, 41, 1.

1 gimnici *W* *ante* uerumtamen *quaedam de impensis ludorum aerario onerosis resecta esse apparet* 2 uoluntas *Iust.* 3 expensis *W* | ui id. mart. *vacuo spatio relicto om. W* triuer. *W*, triū *V*

XV, 7, 4 (380 Apr. 24).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD PAVLINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Mulieres, quae ex viliori sorte progenitae spectaculorum debentur obsequiis, si scaenica officia declinarint, ludicris ministeriis deputentur, quas necdum tamen consideratio sacratissimae religionis et Christianae legis reverentia suae fidei mancipavit; eas enim, quas melior vivendi usus vinculo naturalis condicionis evolvit, retrahi vetamus. Illas etiam feminas liberas a contubernio scaenici praeiudicii durare praecipimus, quae mansuetudinis nostrae beneficio expertes muneris turpioris esse meruerunt. DAT. VIII KAL. MAI. MED(IOLANO) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*VW.* — GEMINA (?) 15, 7, 9.

1 impp. *W* aa. *W* 2 mulieris *W* 3 conderatio *W* 4 chistianae *V*[a] leges reuerentiae suae suae *W* 5 trahi *W* 7 benificio *W* | numeris turpiores *V* 7/8 dat. uiii (*V*, ui *W*) k. mai. med. (*om. W*) grat. u et th. i (ii *VW*) aa. (a. *W*) *libri*

XV, 7, 5 (380 Apr. 24).

IDEM AAA. AD PAVLINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quisquis thymelicam ex urbe venerabili inmemor honestatis abduxerit eandemque in longinqua transtulerit seu etiam intra domum propriam, ita ut voluptatibus publicis non serviat, retentarit, quinque librarum auri inlatione multetur. DAT. V KAL. MAI. MED(IOLANO) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*VW*

1 aa. *W* tymelicam *VW* 2 transtulit *W* 3 uoluptibus *W*

XV, 7, 6 (381 Apr. [?] 24).

IDEM AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Equos, quos ad sollemne certamen vel mansuetudinis nostrae largitio subministrat vel diversorum ex amplissimo ordine magistratuum, hactenus ad copiam providendos serenitas nostra decrevit, ut, quidquid illud est, quod palmarum numero gloriosum et celebratis utrimque victoriis nobile congregatur, spectaculis potius urbanae plebis inserviat quam praedae adque compendio deputetur. || Quisquis igitur ex eo, quod vel serenitas nostra vel ordinarii consules vel praetores in huiuscemodi tribuunt voluptates, quamlibet commodis conpendioque privato derivandam duxerit esse iacturam, unius auri librae condemnatione multatus largitionibus nostris cogatur esse munificus. DAT. VIII KAL. MAI. TREV(IRIS) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.

|| Quisquis equos, quos vel serenitas nostra vel ordinarii consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiumque privatum abduxerit, unius librae auri condemnatione multetur. *fin.*

*VW.* — IVST. 11, 41, 2.

1 aa. *W* uerianum *W* 3 illud] *W*, lud *V* 9 diriuandam *W* iacturam] *VW*, iuncturam *Gothofredus vix recte* 11 uiii *vacuo spatio* | *relicto om. W* mart. *W* triu. *VW* eucerio *W*

V, 7, 7 (381 Mai. 8).

IDEM AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Eos qui agitandi munus exercent inl(ustris) auctoritas tua nullis praeter circense certamen adfici noverit oportere suppliciis. DAT. VIII ID. MAI. EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 41, 3.

1 aa. *W* eos] *W Iust.*, equos *V* 2 circense] *V*, cense *W* oportere] *W Iust.*, pertinere *V* 3 uiii *vacuo spatio relicto om. W* eucherio et syagrio *om. W*

V, 7, 8 (381 Mai. 8).

IDEM AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Scaenae mulier si vacationem religionis nomine postularit, obtentu quidem petitionis venia ei non desit, verum si post turpibus volutata conplexibus et religionem quam expetierit prodidisse et gerere quod officio desierat animo tamen scaenica detegetur, retracta in pulpitum sine spe absolutionis ullius ibi eo usque permaneat, donec anus ridicula senectute deformis nec tunc quidem absolutione potiatur, cum aliud quam casta esse non possit. DAT. VIII ID. MAI. AQVIL(EIAE) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

*VW*

1 id. aaa. ad ualerianum p. u.] *V*, dat. ad quem supra *W* 2 petionis *W* uenia ei] *Gothofredus*, ueniae *VW* 3 uoluptata *V* prodisse *W* 4 detegitur *W* detracta *V* puplitum *V* 6 uiii *vacuo spatio relicto om. W* aquil. *W*, aquila *V* 7 eucerio *W*

V, 7, 9 (381 Aug. 28).

IDEM AAA. HERASIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Quaecumque ex huiusmodi faece progenitae scaenica officia declinarint, ludicris ministeriis deputentur, quas necdum tamen sanctissimae religionis et in perenne servandae Christianae legis secretorum reverentia suae fidei vindicarit. Illas etiam feminas liberatas contubernio scaenici praeiudicii durare praecipimus, quae mansuetudinis nostrae beneficio expertes muneris turpioris esse meruerunt. P(RO)P(OSITA) KARTHAGINE V KAL. SEPTEM(B.) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

*VW.* — GEMINA (?) 15, 7, 4.

1 aa. *W* erasio *W* proc.] pu̅ *V* 2 declinarint] *gem.*, declinare *VW* 3 religioni *VW* in *om. W* perennae *V* 5 praeprecipimusque *W* turpiores *W* 6 syagrio et eucerio *W*, eucherio et syagrio *V*

V, 7, 10 (385 Iun. 24).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Fidicinam nulli liceat vel emere vel docere vel vendere vel conviviis aut spectaculis adhibere. Nec cuiquam ad delectationis desiderium erudita feminea musicae artis studio liceat habere mancipia. DAT. VIII KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE V. C. CONSS.

*VW*

1 aa. *W* 1/2 uel docere] *V*, u(?)e(?)docere *W*, *fort. scr.* uel conducere 2 conbibiis (?) *W* ad] aut *V* 4 uc.] *W*, *om. V*

V, 7, 11 (393 Sept. 21).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulla mima gemmis, nulla sigillatis sericis aut textis utatur auratis. His quoque vestibus

1 imppp. *vacuo spatio relicto om. W* aa. *W*

noverint abstinendum, quas Graeco nomine alethinocrustas vocant, in quibus alio admixtus colori puri rubor muricis inardescit. Uti sane isdem scutlatis et variis coloribus sericis auroque sine gemmis collo brachiis cingulo non vetamus. DAT. XI KAL. OCTOB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*VW*

1 quas] *W*, quos *V* aletinocrustas *W*, a latino crustas *V*; *vocabulum aliunde ignotum compositum est ex ἀληθινός = purpureus et χρῶμα = color (cf. Stephanus s. v. ἀληθινοχρωάστης)* 2 robur *V* hisdem *VW* scutlatis *W*, scuclatis *V* siricis *W* 3 bracchiis *VW*

XV, 7, 12 (394 Iun. 29).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qua in publicis porticibus vel in his civitatum locis, in quibus nostrae solent imagines consecrari, pictura pantomimum veste humili et rugosis sinibus agitatorem aut vilem offerat histrionem, ilico revellatur, neque umquam posthac liceat in loco honesto inhonestas adnotare personas; in aditu vero circi vel in theatri proscaeniis ut conlocentur, non vetamus. ||
1 His illud adicimus, ut || mimae et quae ludibrio corporis sui quaestum faciunt publice habitu earum virginum, quae deo dicatae sunt, non utantur, || et ut nulla femina nec puer thymelici consortio inbuantur, si Christianae religionis esse cognoscitur. DAT. III KAL. IVL. HERACL(EAE) ARCAD(IO) A. III ET HONOR(IO) A. II CONSS.

IVST. 11, 41, 4 || *fin.* 11, 41, 4 || IVST. 1, 4, 4 || *fin.*

*VW [finit* 8 tymelici*]*. — IVST. 1, 4, 4. 11, 41, 4.

1 aa. *W* plubicis *W* 3 pantomimum veste humili] ••••••••••••••ntomium *W* 4 uile *W* revelatur *V* 7 ludibrio] *W Iust.*, ludebrio *V*², lubrio *V*¹ 9 utantur] *W Iust.*, utentur *V* et *om. W* tymelici *VW*

XV, 7, 13 (413 Febr. 8 (?).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. DIOGENIANO V(IRO) C(LARISSIMO) TRIB(VNO) VOLVPT(ATVM). Mimas diversis adnotationibus liberatas ad proprium officium summa instantia revocari decernimus, ut voluptatibus populi ac festis diebus solitus ornatus deesse non possit. DAT. VI ID. FEB. R(A)V(ENNAE) CONSTANTIO V̄. C̄. CONS.; ACC. A TRIBVNO VOLVPT(ATVM) X KAL. FEB. KARTHAGINE POST CONS. HONOR(II) VIIII ET THEOD(OSII) V AA.

*V*

2 diversis] *scr.* diuinis 4 cons.] caes. *V* acc. . . . 5 theodosio u aa. conss. *(sic V) tota perversa sunt; epistula data a. 414 m. Ianuario (notabile est abesse nomen consulis ex Oriente nuntiandi) accipi non potuit anno praecedente mense Februario.* 5 aa.] aa. conss. *V*

## VIII. DE LENONIBVS.

uiii] *V*²*, *om. V*¹. — *Iust.* 11, 41 *(v. ad 15, 5 rubr.).*

XV, 8, 1 (343 Iul. 4).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis feminas, quae se dedicasse venerationi Christianae legis sanctissimae dinoscuntur, ludibriis quibusdam subicere voluerit ac lupanaribus venditas faciat vile ministerium prostituti pudoris explere, nemo alter easdem coëmendi habeat facultatem, nisi aut ii, qui ecclesiastici esse noscuntur aut Christiani homines demonstrantur, conpetenti pretio persoluto. DAT. IIII NON. IVL. HIERAP(OLI) PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

*V (cum Solms.).*

1 constantinus *V* pu] *obstat laterculus praefectorum* 3 praestituti *V* 4 facultatem . . . ecclesiastici] fatici *(omisso uno versu archetypi V) Solms.* hii *V* aeclesiastici *V* 5 xpiani *V*

8, 2 (428 Apr. 21).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Lenones patres et dominos, qui suis ⸢filiis⸣ vel ancillis peccandi necessitatem inponunt, nec iure frui dominii nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis iure frui valeant neve quid eis ita possit adquiri. Sed ancillis filiabusque, si velint, conductisve pro paupertate personis, quas sors damnavit humilior, episcoporum liceat, iudicum etiam defensorumque implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolvi, ita ut, si insistendum eis lenones esse crediderint vel peccandi ingerant necessitatem invitis, non amittant solum eam quam habuerant potestatem, sed proscribti poenae mancipentur exilii metallis addicendi publicis, quae minor poena est, quam si praecepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. DAT. XI KAL. MAI. FELICE ET TAVRO CONSS.

| IVST. 11, 41, 6 | IVST. 1, 4, 12 |
|---|---|
| ⸢filiabus⸣ | Si lenones patres vel domini suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint, liceat filiabus vel ancillis episcoporum implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolvi *fin.* |

*V (cum Solms.).* — IVST. 1, 4, 12. 11, 41, 6.

7 eos] *Iust.*, hac *V* ne] *Iust.*, nec *V* 8 ualeant neue] *Iust.*, ualeat ne *V* 14 poenae] *Iust. (rel.)*, poena *V Iust. (Hafn.)* pancipentur *V* 15 choitionis *V* 16 xi] *V*, xiii *Iust. 1, 4, 12 (PL)*, xiu *Iust. 1. 4, 12 (D)*

# VIIII. DE EXPENSIS LVDORVM.

uiiii] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 42: de expensis publicorum ludorum.

9, 1 (384 Iul. 25).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD SENATVM. Nulli privatorum liceat holosericam vestem sub qualibet editione largiri. Illud etiam constitutione solidamus, ut exceptis consulibus ordinariis nulli prorsus alteri auream sportulam, dip-
1 tycha ex ebore dandi facultas sit. Cum publica celebrantur officia, sit sportulis nummus argenteus, alia materia diptychis. Nec maiorem argenteum nummum fas sit expendere, quam qui formari solet, cum argenti libra una in argenteos sexaginta dividitur; minorem dare volentibus non solum liberum, sed etiam honestum esse permittimus. DAT. VIII KAL. AVG. HERACLEAE RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V (cum Solms.).*

2 oloſericam *V* 3/4 dyptica *V* 5 argenteum] *V*[2*], argeum *V*[1] dypticis *V* 8 uiii k.] uii k. *iuncta Iust.* 1, 16, 1 heracliae *V*

9, 2 (409 Febr. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) V(RBI). Cunctos iudices admonemus, ut ludorum quidem, quibus moris est, intersint festivitati et oblectamentis favorem eliciant populorum, verum expensarum non excedant duorum solidorum librata inpendia, nec inconsulta plausorum insania curialium vires, fortunas civium, principalium domus, possessorum opes, rei publicae robur evellant: exceptis alytarchis Syriarchis agonothetis itemque Asiarchis et ceteris, quorum nomen votiva festivitatis sollemnitas dedicavit. DAT. V KAL. MARTIAS CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*V*

3 eliceant *V* 5 possesorum *V* euellant] *scr.* euellat alytharcis syriarcis *V́* 7 aa. *om. V*

# X. DE EQVIS CVRVLIBVS.

x] $V^{2*}$, *om.* $V^1$.

XV, 10, 1 (371 Ian. 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Palmatis adque Hermogenis equis, quos in curulis certaminis sorte vel contentionis incertum vel annorum series vel diversa ratio debiles fecit, ex horreis fiscalibus alimoniam praeberi decrevimus, equos vero Hispani sanguinis vendendi solitam factionariis copiam
1 non negamus. Illud quoque sinceritas tua praecipiat observari, ne Graecorum equorum nomina, qui hinc missi fuerint, commutentur. DAT. KAL. IAN. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

*V*

2 equos *V* currulis *V*

XV, 10, 2 (381 Apr. 22).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Equos voluptatibus profuturos nequaquam Campanorum populus adsequatur, quam si duo milia modiorum fabae per singulas factiones stabulorum in urbe venerabili necessaria antiqua et sollemni praebitione contulerint. DAT. X KAL. MAI. AQVIL(EIAE) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

*V*

4 praebitione] *Gothofredus,* praebitioni *V*

# XI. DE VENATIONE FERARVM.

xi] $V^{2*}$, *om.* $V^1$. — *Iust.* 11, 45.

XV, 11, 1 (414 Mai. 20).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MAVRIANO COM(ITI) DOMESTIC(ORVM) ET VICES AG(ENTI) MAG(ISTRI) MIL(ITVM). Occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque ˹aliquando˺ sinimus quemquam calumniam formidare, || cum et salus nostrorum provincialium voluptati nostrae necessario praeponatur et haec ipsa propria voluptas intercludi minime videatur, quandoquidem occidendi feras, non venandi venundandique licentiam dederimus. Occidendi igitur memoratas feras, et ducibus et officiis eorum conventis, cunctis licentia tribuatur. DAT. XIII KAL. IVN. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. CONSS.

IVST.
˹aliquam˺
|| *fin.*

*V (cum Solms.).* — IVST. 11, 45, 1.

4 uoluptati] *Gothofredus,* uoluptatis *V*
5 uoluptas] *Gothofredus,* uoluptatis *V*
7/8 conuentis] *fortasse* non conuentis

XV, 11, 2 (417 Sept. 27).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praesidalis officii Eufratensis deploratione conperimus eos, qui transductioni ferarum a duciano officio deputantur, pro septem vel octo diebus contra legationum formam tres vel quattuor menses in Hieropolitanam urbem residentes post expensas tanti temporis etiam caveas exigere, quas nulla praeberi consuetudo permittit. Ideoque || praecipimus, bestias ˹, quae ad comitatum ab omnibus limitum duci-

IVST.
|| *inc.*
˹ autem

3 legationum] *scr.* delegationum 5 praecipimus *post* 827, 2 retineri *Iust.* 6 quae] qui *V*

bus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas civitates retineri; ⌜scientibus ducibus et eorum officiis, si quid contra haec commissum fuerit, quinas se libras auri fisci viribus inlaturos⌝. DAT. V KAL. OCTOB. CONSTAN(TINO)P(OLI) D̄. N̄. HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II V̄. C̄. CONSS.

| ⌜violatoribus eorum quinas l. a. f. v. inlaturis⌝

*V.* — IVST. 11, 45, 1.

## XII. DE GLADIATORIBVS.

xii] *V*[2*], *om.* *V*[1]. — *Iust.* 11, 44: de gladiatoribus penitus tollendis.

V, 12, 1 (325 Oct. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. MAXIMO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cruenta spectacula in otio civili et domestica quiete non placent. Quapropter, ⌜qui⌝ omnino gladiatores esse prohibemus ‖ eos, qui forte delictorum causa hanc condicionem adque sententiam mereri consueverant, metallo magis facies inservire, ut sine sanguine suorum scelerum poenas agnoscant. P(RO)P(OSITA) BERYTO KAL. OCTOB. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

| IVST. ⌜qui⌝ *om.* ‖ *fin.*

*V (cum Solms.).* — IVST. 11, 44, 1.

1 p̄p̄ō] *immo* uicario Orientis *(cf. 12, 1, 12)*

V, 12, 2 (357 Oct. 17).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS C. AD ORFITVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Universi, qui in urbe Roma gladiatorium munus impendunt, prohibitum esse cognoscant sollicitandi auctorando milites vel eos, qui palatina sunt praediti dignitate, sex auri librarum multa inminente, si quis contra temptaverit. Sponte etiam ad munerarium adeuntes per officium sublimitatis tuae ad magistros equitum ac peditum aut eos, qui gubernant officia palatina, oneratos ferreis vinculis mitti conveniet, ut huius legis statuto palatii dignitas a gladiatorio detestando nomine vindicetur. DAT. XVI KAL. NOV. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

*V*

3 auctorando] *scripsi,* auctorandos *V* sex] ex *V*

V, 12, 3 (397 Apr. 7?).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD POPVLVM. POST ALIA: Si quos e gladiatorio ludo ad servitia senatoria transisse constabit, eos in extremas solitudines amandari decernimus. DAT. ET P(RO)P(OSITA) ROMAE CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*V*

2 transsisse *V* amandari] *Cuiacius,* emendari *V* 3 dat. et p̄p̄] *vide ad 10, 10, 2*

## XIII. DE VSV SELLARVM.

xiii] *V*[2*], *om.* *V*[1].

V, 13, 1 (396 Dec. 25).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CLAVDIO P(RAEFECTO) V(RBI). Exceptis plebeis scaenicis et qui spectaculo sui praebuit populo materiam voluptatis et tabernariis, ceteris

2 qui] quis *V* sui] *Gothofredus laudans Dig. 3, 2, 2, 5,* suo *V*

omnibus usum sellarum et sedendi ac conveniendi in publicum tribuimus facultatem. DAT. VIII KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*V*

## XIIII [= BREV. III]. DE INFIRMANDIS HIS, QVAE SVB TYRANNIS AVT BARBARIS GESTA SVNT.

xiiii] *V*[2*], *om. V*[1] his *om. O* quae] qui *EX* aut (uel *G*) barb. *om. O*

XV, 14, 1 (324 Mai. 16).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Remotis Licini tyranni constitutionibus et legibus omnes sciant veteris iuris et statutorum nostrorum observari debere sanctionem. P(RO)P(OSITA) XVII KAL. IVN. CRISPO III ET CONSTANTINO III CAESS. CONSS.

*V*

2 nostrorum *bis V* 3 xuii k. ian.] *Licinius cum victus sit primum apud Hadrianopolim Iul. 2 (vide 7, 20, 1), iterum ad Chrysopolim die Sept. 18 vel 20, quae duo proelia plerique referunt ad a. 323, deinde post tractatus inter eum et Constantinum habitos occisus, dies traditus huius legis a. 324 Mai. 16 recte videtur posse retineri neque cum Gothofredo mutabimus* Iun. *in* Ian. *nec cum chronicis Constantinopolitanis (chr. min. I p. 232) proelia illa transferemus in a. 324.*

XV, 14, 2 (325 Febr. 12).

IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Tyranni et iudicum eius gestis infirmatis nemo per calumniam velit quod sponte ipse fecit evertere nec quod legitime gestum est. DAT. PRID. ID. FEB. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

*V*

2 uelit] *Gothofredus*, uel id *V*

XV, 14, 3 (326 Iul. 8).

IDEM A. ANTIOCHO P(RAE)F(ECTO) VIG(I)L(VM). Quae tyrannus contra ius rescribsit non valere praecipimus, legitimis eius rescribtis minime inpugnandis. DAT. VIII ID. IVL. ROM(AE) CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*V*

2 *tam hanc quam sequentem subscriptionem Seeckius (Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth. 10 p. 207) reicit; constitutiones latas videri Maxentio devicto, cum agentes de rebus urbanis vix possint referri ad Licinium, nec nego difficile id admitti; sed obstant annus et mensis consentientes cum Constantini vicennalium celebratione facta Romae a. 326 Iul. 25, etsi eius adventus incidisse videtur in diem Iul. aut 18 aut 21 (CIL. I p. 397), itaque in diebus erratum est. Potest Licinius senatores quosdam morantes in partibus Orientis inter navicularios retulisse eoque sublato Romae ob aliquam causam apud praefectum vigilum controversia nata esse de eius argumenti rescripto Liciniano. Antiochus praefectus vigilum cum redeat in constitutionibus a. 319 (2, 10, 1 + 2, 10, 2) aliaque dubia a. 314* (1, 2, 1), *non obstat subscriptioni traditae*

XV, 14, 4 (326 Iul. 15).

IDEM A. AD SENATVM. Super his, qui ex senatoribus ad navicularium munus a tyranno deiecti sunt ac restitui suis natalibus deprecantur, placuit vestrae sanctitati iudicium examenque mandare, ut vos eligatis, qui splendori vestro patrimonii viribus et honestate vivendi et natalium dignitate respondent. Incongruum est enim tantae dignitatis arbitrium alteri potius quam vestris suffragiis sententiisque conmittere. Eorum

2 ac] hac *V* depraecantur *V* 2/3 iudicum *V*

autem, quos ut dignos elegeritis, nomina p(rae)f(ectus) urbis nobis insinuet, ut vestrum iudicium conprobemus. DAT. ID. IVL. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*V*

2 *propter subscriptionem vide ad praecedentem*

---

14, 5 (352 Nov. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. ET CONSTANS C. AD VNIVERSOS PROVINCIALES ET POPVLVM. Quae tyrannus vel eius iudices contra ius statuerunt, infirmari iubemus reddita possessione expulsis, ut qui vult ab initio agat. Emancipationes autem et manumissiones et pacta sub eo facta et transactiones valere oportet. DAT. III NON. NOV. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. V ET CONSTANTE CONSS.

*V*

1 *lex emissa est a Constantio in Italia contra Magnentium etiamtum vivum; inscriptio et subscriptio, ut passim fit in Theodosiano, Constantium Gallum appellant Constantem*

---

14, 6 (388 Sept. 22).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TRIFOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus sibi honorem audeat vindicare, quem tyrannica concessit audacia, sed ad pristinum statum damnata praesumptio revocetur. DAT. X KAL. OCTOB. AQVIL(EIAE) THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

*V*

---

14, 7 (388 Oct. 10).

IDEM AAA. TRIFOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omne iudicium, quod vafra mente conceptum iniuriam, non iura reddendo Maximus infandissimus tyrannorum credidit promulgandum, damnabimus. Nullus igitur sibi lege eius, nullus iudicio blandiatur. DAT. VI ID. OCTOB. MED(IOLANO) THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

*V*

2 iniuriam] *Gothofredus*, iniuria *V*

---

14, 8 (389 Ian. 14).

IDEM AAA. CONSTANTIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALLIARVM. Omnes, qui tyranni usurpatione provecti cuiuslibet acceperunt nomen inlicitum dignitatis, codicillos adque epistulas et promere iubemus et reddere. Iuris quoque dictionem adque sententias, quas promere nequiverunt qui iudicum nomen habere non potuerunt, ex omnibus publicorum monumentorum scriniis iubemus auferri, ut abolita auctoritate gestorum nullus his iudicatis conetur inniti, quae et tempore et auctore delentur. Exceptis his tantum negotiis adque in sui integra firmitate mansuris, quae conventionibus pactisque finita sunt, si dolo metuve caruerunt: his quoque pariter exceptis, quae donatio transtulit, emancipatio liberavit, contulit manumissio praemia meritae servitutis, quia in his omnibus voluisse sat iuris est. DAT. XVIIII KAL. FEB. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO VV. CC. CONSS.

*V*

4 poterunt *V* 8 emancipatio] *Gothofredus*, mancipatio *V* 9 praemio emeritae seruitutis *Gothofredus*, praemia meritae seruituti *ego*

XV, 14, 9 (395 Apr. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). **Valeat omnis emancipatio tyrannicis facta temporibus; valeat a dominis concessa libertas; valeat celebrata et actis quibuslibet inserta donatio; valeat deficientium omne iudicium; valeat universa venditio; valeant sententiae iudicum privatorum — convelli enim iudicium non oportet — quos partium elegit adsensus et conpromissi poena constituit; valeant conceptae sollemniter pactiones; valeant scribturae, quibus aut fides rerum aut ratio probatur aut debitum; valeant apud quemlibet habitae spontaneae professiones; valeat deposita super instituenda lite testatio; valeat impetratio iuris communium liberorum; valeat procuratio scaevis mandata temporibus; datus tutor vel curator optineat firmitatem; valeat in sponsam perfecta largitio; doli ac vis et metus inchoata actio in tempus legitimum perseveret; bonorum admissa possessio et adfectus adeundae hereditatis obtineat et interdicti beneficium non amittat; valeat in integrum restitutionis petitum auxilium; valeat vindicatio . . . . identidem desiderata tribuatur; locatio et conductio inviolabilem obtineant firmitatem; interdicti beneficia tempora infausta non mutilent; postulata inofficiosi actio et inmodicarum donationum rescissio petita servetur; beneficia transacta non titubent; sacramento terminata permaneant; pignoris adque fiduciae obligatio perseveret. Stent denique omnia, quae in placitum sunt deducta privatum, nisi aut circumscribtio subveniet aut vis aut terror ostenditur. Funestorum tantum consulum nomina iubemus aboleri, ita ut his reverentia in lectione recitantium tribuatur, qui tunc in Oriente annuos magistratus victuris perpetuo sunt fascibus auspicati; tempus vero ipsum, ac si non fuerit, aestimetur, si quidem tunc temporis omissa aliqua praescribtio taciturnitatis etiam de illis, quae confirmavimus, non possit obponi.** DAT. XI KAL. MAI. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V Epit. Parisina (Haenel brev. p. 244).*

4 iudicium *V* 5 quos] *scripsi*, quas *V* 7 debitum] *scripsi*, debitu *V* 11 admissa] *Gothofredus*, amissa *V* (*cum scholio:* perdita bonorum possessio) 12 in *om. V* 13 *ante* identidem reparatio *simileve vocabulum excidit;* uindicatio rursus tribuatur optata *scholia Vat.* 16 perseuerent *V* 17 deductam *V* subuenit *malim* 19 annuus *V*

XV, 14, 10 (395 Apr. 26).

IDEM AA. EVLOGIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Qui tyranni Maximi secuti iussionem fundos perpetui iuris non ab ordinariis iudicibus, sed a rationalibus acceperunt, eorum amissione plectantur adque ad rem privatam denuo revertantur. DAT. VI KAL. MAI. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V*

1 aaa. *V* maximi] *fortasse del., nam intellegi videtur Eugenius* 3 adque] *fortasse* eaque reuert.ntur $V^a$

XV, 14, 11 (395 Mai. 18).

IDEM AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). Fas est sequi nos paternae dispositionis arbitrium adque ideo universos cuiuslibet ordinis viros, de quibus lex nostra reticuerat, ad veniam volumus pertinere et beneficia inopinantibus ultro deferimus, sancientes hac lege, ne is, qui tyranni tempore militavit vel etiam qualibet administratione donatus est aut honoraria dignitate perfunctus vel quicumque in aliquo honore diversis locis aut exactionibus praefuerunt, notam infamiae sustineant, aut deformi vocabulo polluantur. Quibus eas tantum dignitates valere decernimus, quas ante tyrannicum tempus habuerunt. DAT. XV KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V*

4 his *V* 4/5 administratione donatus aut hon. dignitate perfunctus] administratione perfunctus aut hon. dignitate donatus *Seeck*

14, 12 (395 Iun. 17).

IDEM AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. His, quos tyrannici temporis labes specie dignitatis infecerat, inustae maculae omnem abolemus infamiam. Cunctis igitur statum priorem sine cuiusquam loci aut ordinis exceptione tribuimus, ut utantur omnes iure communi, teneant statum veteris dignitatis, ita ut nihil sibi ex his quos adepti fuerant honoribus blandiantur. DAT. XV KAL. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V*

5 *dies suspectus (vide ad 6, 4, 27)*

---

14, 13 (413 Aug. 3).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ' Heracliani vocabulum nec privatim nec publice ulla memoria teneat, ideoque submovenda esse censemus, quaecumque sub eo gesta esse dicuntur. Libertates quoque, quoniam certum est scelere eius sollemnitatem consulatus esse pollutam, in melius revocamus, sciatque dominorum voluntas iterandum esse, quod illo auctore advertit stare non posse; semel tamen mutatae condicionis beneficium inplendum esse praecipimus et ita repeti manumissionum consuetudines nunc iubemus, ut nullus sub hac occasione incipiat nolle quod voluit. DAT. III NON. AVG. R(A)V(ENNAE) POST CONS. HONOR(II) VIIII ET THEOD(OSII) V. AA.

*V*

8 aa.] aa. conss. *V*

---

14, 14 [= BREV. XV, 3, 1] (416 Mart. 1).

IDEM AA. CONSTANTIO COM(ITI) ET PATRICIO. Sub clade barbaricae depopulationis si qua aut per fugam aut per congregationem infelicium populorum indigne invidioseque commissa sunt, ad invidiam placatarum legum a callidis litigatorum obiectionibus non vocentur. Habeant omnium criminum inpunitatem, qui evadendi forsitan non habuerant facultatem, nisi eos eadem crimina iuvissent; non enim crimen dicitur, quod mortis adegit inpulsus. Ex quo animadvertere cunctos litigatores congruum est, si quid depraedationis agnoverint, se recepturos, si tamen in eorum quos pulsaverint facultatibus abundare aut residere id potuerint conprobare. DAT. KAL. MART. RAV(ENNAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque hostium terrore conpulsus dum mortem timet excipere, ad depraedandum se cum hostibus fortasse coniunxerit, non propter hoc vocetur ad crimen, quod pro conservanda vita fecit invitus. Sane si quit aput eum de praeda resederit et residuum invenitur, quod evidenter agnoscitur, hoc solum reddere domino sine calumnia conpellatur.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. text.]EXCPMLS).*

1 idem] *VO*, impp. hon. et theod. *reliqui* constantio] constantino *PM*, contio *L*, eidem *O*: com̄ (cons̄ *S*) et patricio (et p̄p̄o̅ *N*, *om.* *O*)] *intellege* magistro militum barbaricae] barbarica et *XC* depulationis *H*[a] 2 fugam] famulis *PML* populorum] imperatorum *PM* inuicioseque *G* 3 commissa] comes *S* inuitiam *G* placitarum *N* legum] rerum *GE* a] ac *L* ligatorum *L* obiectione *N*, abiectionibus *E* 3/4 non uocentur] reuocentur *S* 4 omnes *PML* inpunitatum *X* 5 nisi] quod si *PM*, si *S* easdem *NE*[b] iussissent *H*, non iuuissent *S* quod] quem *E* 5/6 adegit] agit *H*, adicit *G*, egit *S* 6 inpulsos *X* ex quo] *scr.* ex aequo animaduertere] anim̄ aduertere *X*, animaduerterit *G* 6/7 deprecationis *G* 7 agnouerunt *PML* recepturus *X* si] sed *G* quos] qui *G* pulsauerunt *NXCPMLS* 8 aut] uel *G* resideri *H* conroborare *N* 8/9 dat. (xui *ins.* *G*) k. mart. (dat. k. mart. *om.* *E*) rau. d. n. (*sic V N*, dd. nn. *ECPM*, d̄d̄ nūn̄ *S*, domno *G*, *om.* *H*) th. a. uii (*om.* *G*) et pall. uc (uic *C*, ū *E*, uiro claro *S*, *om.* *HN*) *libri* 10 quicumque] si quicumque *S* terrore] *bis H* mortem] morte *XN* timet] timorem adque *E*[v] 12 pro] propter *H* conseruandam uitam *HN* sane] sine *G* apud eum] eam *G* de praeda] depredare *L* resederit] resedederit *E*, tum sederit *O* 13 cognoscitur *G* hoc solum *ante* quod *O* dominum *E*

# XV. QVOD ARMORVM VSVS INTERDICTVS EST.

xu $V^{2*}$, *om.* $V^{1}$. — quod armorum] *scripsi*, quorum *V*. — *Iust.* 11, 47 ut armorum usus inscio principe interdictus sit.

XV, 15, 1 (364 Oct. 5).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD BVLEFORVM CONS(VLAREM) CAMPANIAE. Nulli prorsus nobis insciis adque inconsultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. DAT. III NON. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

---

*V*. — IVST. 11, 47, 1.